



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Distinctio vndecima.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Lib. III. Distinctio. XI.

nostre, est etiā quoad humanā naturā causa intrumentalis media, quia per eā Deus Pater multos filios in gloriā ad- duxit, per Sp̄itum autē sanctūm appropriate datur no- bis gratia per quā formaliter efficiuntur filii adoptiū, & sic patet q̄ quantā ad tres primas cōditiones adoptionis cōperit Trinitati toti adoptare creaturā secundā rem, si- gulis autē personis secundū aliquā appropriationem.

8 Quātū autē ad alias tres proprietates nō cōperit deo adoptare creaturā, quia oīs creaturā à deo est cōtra primā conditionē, est etiā sub potestate dei cōtra secundi, parti- cipar etiā hereditatē diuinā Deo nō decadente. Ratio pri- mi est, quia in humanis ex eo q̄ aliquis ex alio nascitur habet ius in hereditate, & ideo nō potest adoptari ut ex- tranea persona, sed ex hoc q̄ aliquis haberet eī à Deo per creationē non cōperit ipsi ius in hereditate exēleti. Sed oportet q̄ ad eam per gratiā adoptetur. Ratio secundi est quia viuenterfaltatē potestatis diuinae nihil subterfugit, & ideo similitudo inter adoptionē diuinā & humanam nō attenditur in paterna potestate, sed paterna successione. Ratio tertii est, quia bona temporalia ad que quis adopta- tur adoptione humana nō possunt simul à pluribus pos- sidi, ideo nullus potest ea percipere nisi succedens dece- denti, hereditatem autem beatam possunt sicut simul, sive ex integrō percipere sine detrimento patris semper viuen- tis, & sic patet primum, scilicet cuius sit adoptare.

9 Quantum ad secundū, scilicet cuius sit adoptari, dicendum est q̄ filius creature intellexualis, cuius ratio est, quia sola illa creatura potest adoptari à Deo quae est capax gratiā & gloriā, gloria enim est hereditas ad quā adoptantur per gratiā, sed sola creatura intellexualis (ho- mo vel angelus) est capax gratiā vel gloriā eo quod sola ad imaginem dei creata est, ergo sola creatura intellexualis potest à Deo adoptari, nec tamen omnis adoptatur, sed filium ille de quibus dicit Apost. Rom. 8. Quos pra- sciuit & prædestinavit conformati fieri imaginis filii sui, de Christo autem vtrum positus dici filius adoptiūs dis- cētū fuit prius dist. 4. quæst. 1.

10 AD Primum arg. dicendum est quod hominis est operari ad supplendum suam intelligentiā, non autē dei, sed potius ad comunicandam suā perfectionis abun- dantiā, & ideo liceat in humanis introducāta sit adoptio ad supplendum defectūm filiorū naturalium per filios adop- tiūs. In diuinis tamen est adoptio ad communicandum similitudinem & participationē filiationis naturalis qua- est in Christo homine per gratiam viuionis.

11 Ad secundū dicendum quid roti trinitati compe- tit adoptare secundū rem, singulis personis secundū aliquam appropriationem, sicut dictum fuit, & quod ar- guitur quid illius filius est adoptare, cuius est filios ge- nerare. Dicēdū quid licet filius patris in diuinis sit ge- nerare filium actione ad intra, tamen totius trinitatis est creare filios quoad esse nature, & per consequens adop- ta quoad esse gratiā & gloriā.

QVÆSTIO TERTIA.

Vtrum prædestinatione Christi sit causa no- stra prædestinationis.

Tho. 3. q. 24. ar. 3. C. 4.

Tertio queritur de prædestinatione, vtrum prædesti- natione Christi sit causa nostra prædestinationis. Et vi- deut quid non, quia illud quod depēdet ex simplici dei bonitate non habet causam nisi Dei voluntatem, sed præ- destinatione nostra depēdet ex simplici dei bonitate secun- dum illud Ephe. 1. Prædestinari secundū propositum eius qui operatur oīs secundū consilii voluntatis sua, ergo prædestinatione Christi & quodcumq; aliud præter simplici voluntatē dei nō est causa nostra prædestinationis.

1 Item si prædestinatione Christi est causa nostra præ- destinationis, aut est causa efficiens, aut exemplaris. Nō efficiens, quia prædestinatione nostra est ad gratiam & glo- riā que sunt à solo Deo, Christus autem secundū quod Deus, non est prædestinatus, nec exemplaris, quia exem- plar præcedit exemplatum, multi autem habuerunt gra- tiam ante Christum, quare &c.

2 IN CONTRARIUM est quod dicitur Ephe. 1. Prædestinavit nos in adoptionē filiorū per Iesum Chris- tum, prepositio autem Per notat causam.

Quæstio III.

232

4 Item glosa super illud verbum, Rōm. Qui prædesti- natus est, dicit sic: quid præclarissimum nostrū prædesti- nationis exemplar præcessit in Christo.

5 R E S P O N S I O. In Christo fuit prædestinatione du- plex, vna qua fuit prædestinatione natura humana vniū per sonē diuinę. Alia qua Christus secundū q̄ homo præ- destinari fuit ad gloriam. Secundū primā prædestinationē factū est q̄ verū est dicens filius dei est homo, & homo est filius Dei, & sic homo dicitur filius naturalis. Secundū autē secundā prædestinationē filius dei inquantū homo factū est filius adoptiūs, vt dictū fuit supra di. 4. q. 1. In nobis autē est vna sola prædestinatione illa, s. qua efficimur filii adoptiūs. Rursus in prædestinatione Christi & natu- ra duo sunt attendenda, vnu est actus dei prædestinatis, aliud est effectus, & terminus prædestinationis. Si ergo cō- sidereret prædestinatione Christi, & natura quantū ad actū prædestinatis, sic vna nō est causa alterius, quia id nō est causa sui ipsius, sed eodem actū diuino prædestinatus est Christus & nos, ergo prædestinatione Christi nō est causa nostra prædestinationis. Si autē cōsideretur quoad effectū & terminū, cū effectus & terminus nostrū prædestinationis sint gratiā & gloriā, & adoptio filiorū, sic dicendū est q̄ vtraq; prædestinatione Christi est causa nostra prædesti- nationis & effectūs & exemplaris inquantū Christus exīt̄ Deus & homo per gratiā viuionis, de qua est prima Christi prædestinatione, & inquantū est plenus gratia, & perfec- tūs in gloriā, de quo est secunda eius prædestinationis est causa efficiens, & exemplaris nostra prædestinationis.

6 Quod patet sic de causa efficiēte. Causa meritoria aliquo modo habet rationem efficiens respectu præsumi quod debetur merito, sed Christus inquantū Deus & ho- mo plenus gratia fuit causa meritoria nostra salutis, ergo fuit causa eius effectū secundū hunc modū, fuit etiā exem- plar, quia sicut ipse per primā prædest. est filius naturalis ita nos per prædestinationē efficimur filii adoptiūs, & sic prædestinatione Christi est exemplar alterius rationis & exce- dens prædestinationē nostrā, sicut etiam Christus per se secundā prædestinationē est plenus gratia & perfectus in gloriā, sic nos per prædestinationē nostrā de plenitudine eius participamus gratiā & gloriā, & sic Christus exemplar est nostra prædestinationis excedens quidē, sed non alterius rationis secundū speciem, quia habitus gratiā & glo- riā in ipso, & in nobis sunt vniū speciei.

7 Ad primum arg. dicendum q̄ totalis effectus præde- stinationis dependet ex simplici voluntate dei, & non ex aliqua causa alia. Tamen inter effectus vnu potest esse causa alterius, & sic prædestinatione Christi est causa nostra prædestinationis inquantū Deus ordinavit salutem no- strā compleri per Christum, & sub totali nostra præde- stinationis effectū clauditur prædestinatione Christi.

8 Ad secundū dicendum est q̄ prædestinatione Christi est causa nostra prædestinationis vtrq; modo. s. efficiens, & exemplaris, & cū dicitur q̄ gratiā & gloriā sunt à solo Deo, verū est secundū principalem efficiētiā, sed sunt à Christo homine meritoria, & quod subditur de exemplari dicendum est quod Christus quoad terminū prædestinationis præcessit omnem alium prædesti- natum, terminus enim prædestinationis est gloria quæ prius fuit in Christo homine q̄ in quocunq; alio, & quia ex termino vel fine sumitur ratio aliorum ideo Christus potest dici causa exemplaris nostra prædestinationis.

Secentia huius distinctionis, X. I.

in generali & speciali.

Sicut autem queri. Superior Magister determinauit qualiter ea que sunt dignitatis in humana natura pos- sunt dici de Christo, hic determinat quo modo ea que pertinent ad defectūm humanæ naturæ possunt dici de Christo. Et dividitur in duas, quia primo inquirit vtrum esse factū vel creatū, vel esse creaturam possunt dici de Christo, & secundo vtrum defectus qui consequuntur naturam humanam inquantū est creatura, vel alio modo possunt Christo conuenire. Secunda in duas ibi, post predicta. Prima dividitur in duas. Primo querit vtrum Christus possit dici factū vel creatū. Secunda respondet ibi, ad quod sanè potest dici. Et hæc di- uiditur in duas, quia primo ostendit quod Christus non debet dici factū vel creatū simpliciter & absolute,

Secunda

Magistri Durandi de

Secundō ostendit q̄ potest dici factus vel creatus cū addi^{tione}, ibi, his aliisq; pluribus. Hęc est diuīsio in generali.

IN Speciali procedit sic, & querit vtrum Christus debeat dici factus vel creatus vel creatura, & dicit q̄ non simpliciter & absolute ostendende per Aug. q̄ Filius dei nō est factus nec creatus, sed per ipsum omnia facta sunt & creata ut habetur Ioan. i. Idem ostendit per autoritatem Ambro. allegantis illud dictum euangeli quo Christus dicit Apofolis prædictare Euangeliū omni creature. In hoc tamē errauit Arius dicens Christus esse purā creaturā. Poterat dicit quod Christus vel Filius dei potest dici factus secundum carnem vel factus homo, vel natus ex muliere. Quod probat pluribus autoritatibus. Et in hoc terminatur &c.

QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum Christus possit dici simpliciter creatura,

Theo. 3. q. 16. ar. 8.

CIRCA distinctionem istam queritur. Vtrum Christus possit dici simpliciter creatura. Et viderur quod sic, quia proprietas vtriusque, natura in Christo prædicta, de supposito quoconque nomine significetur, ut dicitur fuit prius, sed proprietas natura humana est esse creatū, vel creaturā: sicut proprietas diuinā naturā est esse in creatū, vel creatorem: ergo sicut Christus dicitur simpliciter creator vel increatū, ita potest dici simpliciter creatū vel creatura.

2 Item principalior pars humanae naturae est anima, quam corpus, sed Christus ratione corporis quod de Virgine traxit dicitur simpliciter natus vel genitus, ergo ratione animae qua à Deo creatur potest simpliciter dici creatur.

3 Item Leo papa dicit noua & inaudita cōuentio Deus qui est, & qui erat fit creatura. Et Dam. dicit quod non scandalabitur ad nomen creatura.

4 IN contrarium est quod dicit Aug. de agone Christiano, non eos audimus qui dicunt Christum esse creaturam. Hilarius etiam in lib. de synodis dicit harensum dicentem Christum esse creaturam damnamus.

5 Et arguitur per rationem, si Christus diceretur creatura hoc est ratione suppositi, vel naturae. Non ratione suppositi, quia illud est increatū. Nec ratione humanae naturae, quia licet illa sit creatura non tamen predicatur de Christo. Igitur &c.

6 RESPONSO. Quæstio ista nō est de re, sed de modo loquendi. Supponimus enim ex parte rei q̄ in Christo est unum solum suppositum in duabus naturis diuina feicit & humana quarum altera tantū est creatura, scilicet humana, hoc autē suppositum quādōq; nominatur nomine sumptuā principali natura: ut cum dicitur deus vel filius dei, quandoq; nomine sumptuā à natura minus principali: ut cum dicitur homo vel filius hominis, quādōq; vero nomine sumptuā ab veraq; natura: ut cō dicitur Christus, saltem ex vsu cōmuni etiam si hoc nō haberet virtus nominis. Hoc suppositum quod ad rem pertinet, & quod pertinet ad nomen, queritur vtrum ratione humanae naturae quā sola in Christo est creatura conuenienter posse dici quod filius Dei, vel Christus, vel iste homo demonstrato Christo est creatura nō addita quacunq; determinatione vel implicatione.

7 Et tenetur comuniter, q̄ nō nisi cum additione ista inquantū homo, hoc autē declaratur tribus modis. Vno modo sic, creari est fieri, fieri autē absolute sumptuā accipit pro fieri sūmū, scilicet, fieri autē simpliciter non quam cōuenit supposito, nisi quantū ad esse supposito, secundū enim illud quod aduenit post completū esse supposito nisi quam potest dici suppositū fieri simpliciter, sed tertiū quid. Sicut ratio albedinis de novo factū in hōe homo nō dicitur fieri absolute, sed solum fieri albus. Cum igitur suppositum diuinū quod esse suppositū nō sit factū, ideo quocunq; nomine designetur nullo modo potest dici factū vel creaturam absolute, & sine determinatione: vnde oēs iste sunt false, filius Dei, vel Christus, vel iste homo demonstrato Christo, est creatus vel creatura, si autē dicatur filius Dei, vel Christus secundū q̄ homo est creatus, vel creatura vera est: quia illud nō cōuenit alii: ui simpliciter, sed secundū quid, licet nō verificetur de illo si summa absolute, verificatur tamen cū determinatione expli-

Sancto Porciano

cante modū, verbi gratia, tam in esse quām in fieri, in esse quia proper albedinē dentis nō dicitur homo albus absolute, sed tamē si dicitur iste est albus secundū dentē verū eit, similiter in fieri & in facto esse, quia per albedinē aduenientē Sortes nō dicitur fieri absolute, si autē dicas, Sortes fit albus, vel Sortes secundū q̄ est albus est factus verū est. Similiter in proposito licet proper humana naturā fieri simpliciter & absolute nō cōueniat supposito diuino, tamen cū determinatione explicata modū conuenit ei: vt dicendo filius Dei, vel Christus secundū q̄ homo est creatus vel creatura, & in hoc modo loquendi hęc determinatio secundū quod non est nota perfectatis, sed determinatio explicans modū imperfectum, sicut in aliis exemplis supra positis.

8 Sed contra hunc modum arguitur, generari est fieri, & generari simpliciter est fieri simpliciter: quia dereminatur ad esse simpliciter, & tamen ratione humanae naturae cōuenit supposito diuino esse genitū absolute, & sine aliqua determinatione, & ita simpliciter, & vt nū loquimur, hęc enim recipitur tanq; vera, filius Dei vel Christus est genitus de virgine, nec oportet addere inquantū homo, ergo similiter potest dici creatus vel creatura absolute, nec oportet addere inquantū homo. Et si dicitur q̄ ita nō verificatur Christus est genitus de matre, nisi cōdeterminatione inquantum homo expresa, vel sub-intellecta: pari ratio potest dici q̄ illa: f. Christus est creatura potest verificari sub eadem determinatione non exceptiā, sed sub intellecta tantū. Et ad rationem eorum dicendum, q̄ esse simpliciter non est solum esse supposito, sed omne esse substantiale. Quia omnis substantia completa est ens simpliciter, & ideo sicut in Christo est duplex substantia diuina, scilicet & humana, sic & duplex esse secundū quorū quolibet potest dici simpliciter genitus & natus. Et pari ratione secundū alterum potest dici creatus nisi aliud obstat.

9 Alio modo declaratur eadem conclusio sic, aliquae sunt proprietates que nō sunt naturae cōuenienti toti nū per partē sicut crīspitudo non cōuenit nisi ratione capillorum, nec sūnitā nū ratione nati, & talis proprietates dei nominat totum absolute, nec oportet reduplicare partē ratione curas cōuenienti toti sicut homo absolute dicitur crīpus vel sūnus, nec oportet addere q̄ sic crīpus secundū capillos, aut sūnus secundū natū. Aliq; vero sunt proprietates que indifferenter possunt cōuenire toti & parti, sicut esse album potest cōuenire homini secundū totū, & secundū qualibet partē, & tales proprietates nō denominant totū si cōuenient ei ratione partis nisi cum explicatione partis, vi: Athiops qui est albus secundū dentes nō potest dici albus simpliciter nisi addatur quod est albus secundū dentes. Similiter in proposito humanae naturae in Christo quanvis nō sit propriæ pars suppositi, habet tamē aliquā modo rationē partis, vnde & persona Christi dicitur cōposita à Dama. illa igitur quę indifferenter possunt cōuenire supposito & naturae si cōuenient soli nature nō possunt attribui supposito absolute nisi cū expressione nature, creari autē potest cōuenire nature & supposito, & magis supposito q̄ nature, quia eius quod est terminus creationis magis cōuenit ei, cum igitur creari in Christo nō cōueniat nisi soli humanae naturae, ideo ratione eius non potest dici simpliciter & absolute q̄ Christus fit creatus vel creatura nisi cum dereminatione inquantū homo, sicut ex albedine secundū dentes non dicitur homo absolute & simpliciter albus, sed cum determinatione.

10 Sed contra hoc opponitur dupliciter. Primo quia sicut creari nātū est cōuenire supposito & naturae sic nātū & generari & magis propriæ supposito q̄ naturae vt patuit supra dist. 8. q. 1. Sed hoc non obstante Christus vel filius Dei dicitur absolute genitus vel natus de virgine, nec oportet addere inquantū homo, ergo eadē ratione potest dici creatus absolute sine aliqua determinatione propter humanae naturā que in principiis suis à deo est per creationē & secundū se habita à matre per generationem & nativitatem. Secundo quia natura humana est alio modo pars suppositi diuini quām sint illæ partes de quibus exempla trahuntur, quia illæ partes non prædicantur de toto.

toto substantialiter, in quid, non enim bene dicitur homo est dens vel capillus, respicunt etiam totum diminutę, & ideo non est minù si proprietates earū non semper denominant simpliciter & absolute sui totum, sed humana natura in Christo predicator de supposito aliquo modo in quid & substantialiter, dicimus enim p̄ filius dei est homo, respicit etiā totum suppositum indiferenter & perfecte, & ideo proprietates eius magis possunt denominari propria t̄ absolute. Propter quod etiā non videtur suffici enter dictū illud quod dicitur primi in fine sue positionis. s. p̄ hec determinatio secundū p̄ homo, non est nota perfectiatis. Sed determinatio explicans modū imperfecti, hoc enim non videatur: quia natura humana est causa & ratio quam supposito diuino posuit inesse creatio, nec imperfecte cōuenient Christo, qua cōuenient ei ratione naturae humanae ut nasci, mori, p̄dicare & huiusmodi, scit albedo imperfecte cōuenient homini ratione dentis.

ii. Tertio declaratur eadem conclusio sic, proprietates naturae que in Christo includit precisione alterius non potest absolute de Christo praedicari, sed esse creatum vel esse creature est talis proprietas ut declarabitur, ergo non potest absolute de Christo praedicari. Major pater, quia cum in Christo sint duas naturae, humana felicitate & diuinam unitate & associacionem in unitate suppositi quaecumque proprietates excludit alteram naturam a Christo, talis non potest vere praedicari de ipso, unde haec non est vera Christus est purus homo, quia excludit a Christo diuinam naturam, ne ista Christus est purus Deus, quia excludit a Christo humana naturam. Minor pater, quia creati est producendo nullum presuppositum, & ideo cui attribuietur absolute esse creatum illud secundum se rotum est productum, quia nullo presupposito, & sic ab ipso excluditur omnino non productum. Cum igitur diuina natura in Christo non sit de novo producta, sed presupponatur in persona diuina creationi naturae humanae, & assumptioni eiusdem. Pater, quia esse creatum si absolute dicatur de Christo excludit naturam diuinam ab ipso. Propter quod si aliquo modo verificetur, oportet quod hoc sit cum determinatione, dicendo Christus secundum se rotum est productum, quia nullo presupposito, & sic homo est creatus vel creatura, ita ut creatio non referatur ad suppositum nisi ratione solius humanae naturae que secundum se tota est a Deo producenda nullo praesupposito pertinente ad eam, hic modus videatur rationabilior, & secundum hunc sensum sancti dicunt Christum esse creaturam cum determinatione praedicta. Et si non expressa tamen subintelligat, unde Hiero. super illud Ephe. i. cap. Ipsi enim factura sumus, dicit quod nos liberiter proclamamus Christum esse creaturem. Et Aug. super Ioan. dicit, Dominus Iesus factus est homo ut qui creator semper erat, creature fieret, quod rotum est intelligendum in quantum homo. Quod autem sancti quandoque negaverunt Christum esse creaturem, hoc fuit ad elidendum alios errores, maximè errorem Ariani qui posuit Christum esse puram creaturam. Et ideo Aug. disputans contra eum, accepit ex opere Christum non esse creaturem, intelligendo secundum sensum in quo accipiebat Arius. Et per eandem rationem aliquae proprietates diuinae naturae non sunt simpliciter Christo attribuendae, sed solum cum determinatione, ne fauere videamus errori, sicut non est dicendum sine determinatione quod Christus est impassibilis, & incorporeus, nisi addatur in quantum deus ad exclusum. Eius errori rem Manichei qui posuit Christum non habuisse verum corpus, nec vere fuisse passum.

12. Primum arg. dicendum quod proprietates utriusque naturae diuinae & humanae possunt indifferenter praedicari de supposito nisi includant precisionem alterius naturae. Taliis autem proprietatis est esse creatum, ut declaratum fuit, ideo &c.

13. Per idem patet, ad secundum q̄ est conceptus & esse
generatum nō excludit à supposito Christi naturam divi-
nam sicut esse creatū ratione negatiō implieat, quia esse
creatū est esse productum nullo presupposito.

14. Ad tertium dicendum q̄ accipiendo creatura modo
quo expōitū est p̄ supposito habente naturam creati-
nem est adhuc concordia cum q̄ Christus est conceptus

15 Autoritates autē Aug. & Hilarij negātes Christum esse creaturā intelligēdā sunt secundū sensum in quo ha-

retici contra quos disputabant dicebant Christū esse crea-

1000

Quæstio II.

turam. Hoc autem dicebant credentes in Christo nihil esse nisi pure creatum.

16 Ad rationē que subiūgitur dicendū q̄ Christus potest dici creatura ratione naturae humāne quae & si non predicetur de Christo in abstracto prædicatur tamen in concreto & aliquo modo in quo substantialiter, & hoc sufficit ut ratione eius attributetur Christo sicut creaturā, sicut videmus q̄ homini attribuitur disgregare rationē ab bedinis quod non predicatur de homine in abstracto sed formaliter in concreto & denominative.

QVÆSTIO SECUNDA.

um illa quæ sunt humanæ naturæ possint
dici de filio Dei.

Thom. a. 16. an. 6.

Thom. 3, 16, art. 5.
Secundo queritur, utrum ea que sunt humanae naturae possint dici de filio Dei. Et videtur quod non, quia proprietas diuinæ naturæ dicuntur de filio Dei propter hoc quod filius Dei est diuina natura, sed filius Dei est humana natura, ergo proprietas humanae naturæ non potest dici de filio Dei.

² Item humanæ nature cōuenit assumi à filio dei, sed
assumi non cōuenit filio dei, ergo &c.
IN CONTRARIUM arguitur, quia de quo-
cunq; prædicatur aliquid de eodem prædicantur omnia
consequientia ad ipsum, etiam si sit prædicatio accidentis,
sicut si homo et albus sequitur quod sit coloratus,
sed natura humana prædicatur de filio dicendo filius dei
est homo, ergo proprietates cōsequentes naturam huma-
nam prædicantur de eodem.

4. Itē nihil magis repugnat naturę diuinę q̄ mori, sed
verē dicitur de filio dei q̄ fuit mortuus ratio naturę hu-
manę, ergo à fortiori ratione alīc proprieitates humanae
nature posunt dici de filio Dei.

R E S P O N S I O. Eorum quæ dicuntur de natura humana in Christo quæ dā dicuntur de ea solū in abstracta sumpta ut assumū, vnrī & similia, quæ dā verō dicuntur de ipsa solū in concreto ut iste homo est deus, quæ dā

verò dicuntur indiferenter de eo sumptia in abstracto &c
in concreto ut digni, pati & mori, & similia. Di-
cendum ergo est ad quæstionem illa quæ predicatur de
humana natura sumptia solù in abstracto nō predican-
te.

de filio dei, que autem dicuntur de ea sumpta solum in concr^eto vel communiter dicuntur de ea sumpta in abstracto, & in concr^eto, talia predicantur de filio dei absolute, vel eum determinante quia determinatio vel debet exprimi, vel

Ratio primi est ista, quod aliquia tria se habent per ordinem sic et sequitur non conuenient primo nisi per medium, si medium non conuenient primo nec tertium, sed proprietates humanæ naturæ non conuenient filio dei nisi mediante natura humana, ergo proprietates que non conuenient naturæ humanae solum in abstracto (et ipsa ut sic non praeditur de filio dei) non possunt de eo dici, vnde sicut nomine dicitur quod filius Dei sit humana natura, non bene dicitur quod filius dei sit assumptus, vel virtus subiiciens, quia assumit a filio dei, vel vniuersitatem conuenientem naturæ humanae solum in abstracto.

Ratio secundi est ista, quando alterū de altero prædictor realiter quicquid conuenit realiter prædicāt, cōuenit sibi eto dum tamē nō fiat variatio medi, & haec propositio scripta in predicamentis quanvis intelligatur.

quando utrobique est praedicatio essentialis ut dicendo sonates homo, & homo est animal, ergo fortis est animal, tamen habet ista veritatem in praedicatione accidentali duni tamen non fiat variatio medi, cum ergo verum sit dicere filius dei est homo, quicquid realiter conuenient homini siue in concreto sive in abstracto & cetero simul vere potest dici de filio dei nisi aliquo modo mediatur varietur: potest autem variari medi si in una propositione ne accipiatur secundum esse realia (ut dicendo filius dei est homo) & in alia secundum esse rationis (ut dicendo ho-

mō est species) tunc enim non sequitur q̄ filius dei sit species: quia variatur mediū. Si autē aliquis dicat quod propositio ista non sit vera quādō predicationē est accidentalē (non enim sequitur homo est albus, & album est accidentē, ergo homo est accidentē) dicendum quod aut est variatio mediū, aut altera proportionē est falsa. Si enim accidentē

Magistri Durandi de

capitatur pro vno de quinque praedicabilibus, de quibus loquitur Porphyrius, tunc accidentis est ens rationis, sicut genus vel species, & tunc variatur medium: si autem accidentis capitur secundum esse reale, sic secunda positio est falsa. Cum felicit dicitur album est accidentis, cum album supponat pro subiecto habente albedinem, & illud non est accidentis, pater quia haec est falsa, album est accidentis, sed haec est vera, albedo est accidentis.

8 A D. Primum arg. dicendum quod licet natura humana non praedicit de filio dei in abstracto praedicatur ramen in concreto: & ideo proprietates reales que competit homini, competit etiam filio dei.

9 Ad secundum patet solutio ex dictis, quia assumi conuenit naturae humanae in abstracto solum, & ideo non competit filio dei.

Sententia huius distinctionis Duodecima

in Generali & Speciali.

P Ost predicta. Superior Magister determinauit verum Christum positi dici creatura. Hic determinat de defectibus qui consequuntur naturam humanam secundum quod creata est. Et dividitur in duas. Primum dereminat de illo defectu qui est incipere esse qui communiter concordatur omnem creaturam. Secundo de his que videtur specialiter humanam naturam consequi ibi, solet queri. Prima in duas. Primum mouet questionem & obicit ad veram q. partem. Secundum determinat eam ibi, his igitur auctoritatibus. Secunda pars solet quareti, dividitur in tres. Primo inquirit de effectu culpe, quantum ad originem, viri felicit decuit ipsum de peccatoribus carnem assumere. Secundo inquirit de effectu culpe quantum ad Christum, viri felicit peccare potuisse, ibi, ideo non intento. Tertio de defectu carnis, qui est sexus femininus, ibi, solet queri. Hec est sententia & diuina lectionis, &c.

2 IN Speciali sic procedit. Et quae sit primum virum Christum secundum quod homo initium habuerit, an semper fuit sicut dictum filium dei semper fuisse, & ostendit quod incepit esse per auctoritatem, quia filius dei acquisuit quod aliquando non habuit, quia nondum erat homo. Ad oppositum arguitur quia dicitur quod puer ille creaturas: & Christus dicit de se in Ioan. Ego principi, qui & loquor vobis, & sic videtur non incepit esse; & responde Magister per distinctionem, quia Christus quantum ad personam semper fuit, sed quoad naturam humanam incepit esse. Postea querit virum Christum ab alio quam ab Adam carnem afflunere potuisse, & dicit quod sic, quia illa assumptione non fuit secundum naturam, sed secundum generationem: & ideo aliam animam, & aliam carnem potuisse a sumpsiisse si voluisse, magis tamquam decuit quod assumptione de Adam, ut ex illo vinceretur diabolus, per quem homo vitus fuisse. Postea querit virum Christum potuisse peccare, & arguit quod non, quia si potuisse peccare, potuisse damnari, & per consequens non esset deus, quod est inconveniens: & respoderet quod persona non potuisse peccare, nec natura assumpta, vt vites persone, sed si separata fuisse, peccare potuisse: tunc arguit ex dicto quorundam sic. Christus habuit liberam arbitrium, ergo potuisse peccare, & respoderet quod hoc est fruolum, quia in angelis beatas est libe. arb. & tamen peccare non possunt. Quod autem in libro Sapientiae dicitur quod potuisse transgredi, & non est transgressus, & facere mala, & non fecit: dicit Magister & affirmativa intelligitur de membris, & negativa de capite. Vtrum quo querit, verum Christus potuisse afflunere naturam humana in sexu malebri, & responderet quod sic, sed magis de cuit quod assumere eam in sexu virili, & de muliere, vt vterque sexus concurreat ad nostram liberationem. Et in hoc terminatur, &c.

Q Y A E S T I O . PRIMA.

Vtrum haec sit vera, Christus incepit esse.

Thom. 3. q. 16. art. 9.

C irca distinctionem istam primo queritur, vtrum haec sit vera, Christus vel iste homo demonstrato Christus incepit esse. Et arguitur quod sic, quia esse hominem est esse simpliciter, sed Christus incepit esse homo, ergo incepit esse simpliciter.

Item Aug. super Ioan. dicit quod priusquam mundus esset,

Sancto Porciano

ne nos eramus, nec ipse mediator Dei & homini homo Christus Iesus, sed illud quod non semper fuit, & nunc est, incepit esse, ergo Christus vel iste homo incepit esse.

3 IN CONTRARIUM arguitur, quia illud quod semper fuit, nunquam incepit esse, sed Christus semper fuit ergo nunquam incepit esse. Minor probatur. Primo per illud quod dicitur Christus Ioan. 8. Pruisquam Abraham fieret ego sum, quia eadem ratione potuit dicere, priusquam mundus fuerit ab aeterno ego sum. Secundo per illud quod haberet ad Heb. viii. Iesus Christus heri, & hodie, & ipse in secula.

4 R E S P O N S I O . Circa questionem istam est triplex modulus dicendi. Primus est, quod haec est falsa, Christus vel iste homo incepit esse, nisi addatur in quantum homo, & assignatur talis ratio. Si incepere esse competere Christo, aut cōpetere ei ratione suppositi, aut ratione humanae naturae, non ratione suppositi, quia illud semper fuit, & nunquam incepit esse, ne ratione naturae humanae, quia terminus in subiecto positus non tenetur formaliter pro natura, sed magis materialiter pro supposito, & ideo ratione naturae humanae non potest cōpetere Christo incepere esse, quanvis nomine Christi vel hominis importetur natura humana, quia quando talia nomina ponuntur ex parte subiecti non stant pro natura, sed pro supposito.

5 Sed istud non valet, quia sicut dictum fuit prius, dicitur q. i. pro tanto terminus in subiecto positus dicitur materialiter teneri pro supposito, & non ratione naturae per terminum importare, ut si dicatur album disputare: per hoc ratione non excluditur, quin termino positio in subiecto multa possint conuenire ratione naturae per terminum importare, ut si dicatur album disgregari, vel homo est rationalis, & eodem modo, licet iste terminus Christus, vel iste homo a parte subiecti positus sit pro supposito, et non formaliter pro natura humana, quia aliqua possunt ei concordare, non ratione humanae naturae, ut esse in infinite virtutis, & huiusmodi, tam per hoc non excluditur, quin ratione naturae humanae possint ei conuenire multa, etiam incipere esse, nisi aliud obsteret.

6 Et ideo est secundus tenens eandem conclusionem, sed assignans aliam rationem, quia talis est, proprietas naturae humanae, que excludit a Christo proprietatem diuinorum naturarum, non potest ei absolute conuenire, sed incepere esse est huiusmodi, ergo non potest absolute dici, quod Christus vel iste homo incepit esse. Maior patet ex precedente dist. q. i. Minor patet, quia incepere esse includit non semper fuisse, sed proprietas diuinorum naturarum est semper fuisse, ergo incepere esse excludit a Christo proprietatem diuinorum naturarum: & haec fuit minor. Sed nec istud videatur valere, quia quoniam ponendo in Christo solum unum esse, incepere esse excludat semper fuisse secundum quodcumque esse, ex quo non ponitur nisi unum: tam per ponendo in ipsa parte, sicut aliquo modo oportet ponere ut vnum fuit superdictum, q. i. incepere esse secundum vnum non excludit semper fuisse, nisi secundum illud tamquam: & hoc verum est in Christo, quia dato quod incepit secundum humanam naturam esse, & non semper fuerit secundum illud, per hoc ratiō men non excluditur, quin semper fuerit secundum aliud, scilicet secundum esse diuinum: & sic proprietatis humanae nature non excludit proprietatem diuinorum naturarum, non enim sic est de incepere esse, sicut de creari, quia creari est produci ex nullo penitus presupposito, ex parte eius quod dicitur creari, incepere autem esse, est de novo accipere esse quod prius non habebat, quoniam forsitan haberet aliud esse.

7 Tertius modus est, quod ista potest concedi, Christus vel iste homo incepit esse, sed cum quadam distinctione cuius ratio est, quia quoniam esse dicatur multipliciter tam illa multiplicitas terminatur per adjunctionem, non solum ex parte praedicari, ut dicendo, homo incepit esse albus, ibi esse non accipitur pro esse simpliciter, sed pro esse tali, immo etiam per id quod ponitur ex parte subiecti, ut dicendo albedo incepit esse: hoc enim verificatur non pro esse simpliciter, quia tale non competit albedini, sed pro esse secundum quid, quod competit accidentibus, & quod ipsum esse in predicato sic accipiat, ut congruit subiecto, istud autem est de virtute sermonis, vel salte ex viu loquendi.

Quan